Quelle: http://manuscripta.at/?ID=8999
Copyright: Melk, Benediktinerstift



CVI

rem locutus es. Dicit musianus ad martyrem martham et abacuc. Nos quid dicimus? Respondens omnes qui uno ore locuti sumus. Musianus uicarius iussit expoliari eos et fustibus cedi. martha autem stare ante eos. Qui dum cederentur musianus sub uoce peonia dixit. Precepta principum contemnere nolite. Martha gaudens dicebat. filii mei stantes estote. Martyrus autem laudabat dominum dicens. Gracias tibi domine ihu xpe. Musianus uicarius iussit eos leuari ad terra et suspendi in eculeo. Qui dum adtraherentur funibus uoce clara clamabat audifax filius maior. Gracias tibi domine ihu xpe. qui dignatus es nos dinumerare cum seruis tuis. Iratus musianus iussit ignem ad latera eorum poni et unguibus ferreis radi. Illi autem uultu alacri leti clamabant. Gratias tibi domine agimus. Musianus iussit eos deponi de eculeo incolumes tu martyre et manus eius precidi. Et dum manus eorum peiserent fuissent cepit sanguis emanare. Martha autem colligens sanguinem martyrum et filiorum. caput suum et faciem linebat cum gaudio. Tunc iussit ut manibus ad colla ligatis sic peiuratem circuirent sub uoce peonia dicens. Deos blasphemare nolite. Clamabat enim mater audifax et abacuc. Non sunt dii sed demones qui uos perdere habent principem uestrum. Eodem die dedit sentencia ut de collarentur. Qui duci iussit cornelia uiuario tertio decimo adnimphas catabassi in eodem loco decollati sunt sub arenario. matre audifax et abacuc et martha autem innimpha necatur. Quorum corpora uerum iussit incendi ne sepulturam haberent. Matrona autem nomine felicitas rapuit corpora eorum semiusta et in predio suo sepeliuit martyrum et leuauit de puteo et iunxit corpibus sceis. sub die iii decimo kalendarum februarium. ubi

prestantur beneficia domini nostri ihu xpi usque in hodiernum diem. prestante eodem domino nostro ihu xpo. qui uiuit et regnat cum patre et spiritu sancto. amen.

AMBROSIUS passio sce agnetis uirginis et martyris. Gaudeo XII K FEB.

seruus xpi uirginibus sacris. Diem festum sacratissime uirginis celebremus. Hinc psalmi resonent hinc concrepent lectiones. hinc populorum turbe letentur. inde sustententur pauperes xpi. Omnes gaudeamus in domino et ad edificacionem uirginum qualiter passa sit agnes beatissima ad memoriam reuocemus. Tertio decimo etatis sue anno mortem peperdit et uitam inuenit. quia solum iure dilexit auctorem. Infancia computabat annis. et erat senectus mentis maiusculae. corpore quidem iuuencula et animo cana. pulchra facie et pulchrior fide. Dum ascolis reuerteretur a prefecti urbis filio adamata. cui parentes dum requisisset et inuenisset. cepit offerre plurima et plura promittere. Denique de tulit secum preciosissima ornamenta et abeata AGNA omnia illa ornamenta ueluti quedam stercora recusata. Unde factum est ut iuuenis maiori purgeretur simulo et putans eam melioribus ornamentis ut uestimentis uelle accipere omnem lapidum preciosorum secum defert gemmam et ipse ipsum et parentes et notos et affines cepit aures uirginis appellare et diuicias domos possessiones familias atque omnis mundi facultates promittere. si consensum suum ei uirgo non negaret. Adhuc beata AGNES tale fertur iuuenem dedisse responsum. Desce dame fomes peccati nutrimentum facinoris. pabulum mortis. cum omnibus que tua sunt. quia iam abalio amatore puenta